

angulis minime terram tangentibus.

Bertoldus patriarcha sedet annis XXIII.

Iste filius ducis Meranie patruus fuit
beate Elizabeth, que fuit filia regis un-
garie, cujus beate Elizabeth mater fuit
soror dicti patriarche Bertholdi. Ille
archiepiscopus Colofensis existens in
patriarchem assumptus est. Cui Frederico
secundo adherens usque ad ejus depositionem
multos honores, multa privilegia et gratias
obtinebat ab eodem. Multa bona una cum
patre et matre ecclesie contulerunt et po-
tissime in Carinthia et Marchia et Carniola.
Cui predictus imperator etiam Montemilius
inter alia concessit et tradidit. Hujus tem-
pore Ecelinus de Romano tyrannidem exer-
cebat, et licet idem Bertoldus indignatio-
nem, eo quod adhereret Frederico, sedis
apostolice incurrit ad Romanam curiam
cum magna comitiva baronum et nobilium
et ibi magnalia ostendens ab Innocentio III
generose susceptus gratiam et benedictionem
obtinebat. Et rediens in curia Romana

de